A.
III.
70.

EX LIBRIS
JOSEPH E. WIDENER

#8

ngryxy
1072

135/120

c.1495

£600

16 Miniature

				Januarius hab; dies.
				xxxi. luna. xxx.
iii,	a	Januar'		ircūcisio dnī. D.
	b	iiii	N'	ct. sci stephani.
xi	c	iii	N'	enonese iuuē.
	d	ii	N'	ct. innocentiū.
xix	e	Nona'	N'	ymonis conf.
viii	f	viii	Id'	piphania dnī.
	g	vii	Id'	
xvi		vi	Id'	ngoberti epi.
v	b	v	Id'	
	c	iiii	Id'	ulli episcopi.
xiii	d	iii	Id'	
ii	e	ii	Id'	plarii confess.
	f		Id'	ct. epiphanie.
x	g	xix	kl'	elonani
		xviii	kl'	auri albis.

xviii	b	xvii	kl'	arcelli pape.
vii	c	xvi	kl'	uplicij epi.
	d	xv	kl'	ol in aquario.
xv	e	xiiii	kl'	
iiii	f	xiii	kl'	ebastiani mrs.
	g	xii	kl'	gnetis virginis
xii		xi	kl'	incencij mris.
i	b	x	kl'	merancie virgis
	c	ix	kl'	abile episcopi.
xvii	d	viii	kl'	onuersio sci pauli. D
vi	e	vii	kl'	olicarpi epi.
	f	vi	kl'	uliani epi.
ix	g	v	kl'	gnetis secundo
		iiii	kl'	aule matrone
xiiii	b	iii	kl'	altidis regine
iii	c	ii	kl'	etranne virgis.

Februarius hz dies
xxviii. luna. xxix.

	d	Februarius		rigide uirgis.
xi	e	iiii	N	urificatio be m.
xix	f	iii	N	lasii mris.
viii	g	ii	N	ies egtr.
		Nonas	N	gathe uirg.
xvi	b	viii	Id	mandi epi.
v	c	vii	Id	
	d	vi	Id	
xiii	e	v	Id	
ii	f	iiii	Id	
	g	iii	Id	colastice uirg.
x		ii	Id	ulalie uirgis.
	b	Idus	Id	
xviii	c	xvi	kl	arcii. ualeti.
vii	d	xv	kl	ol in piscib;

	e	xiiij	kl'	
xv	f	xiij	kl'	
iiij	g	xij	kl'	dam hic peccauit.
		xj	kl'	
xij	b	x	kl'	
i	c	ix	kl'	nicium ueris
	d	viij	kl'	athedra sci petri.
ix	e	vij	kl'	
	f	vj	kl'	athie apli.
xvij	g	v	kl'	cus bysexti.
vj		iiij	kl'	ies eger.
	b	iij	kl'	
xiiij	c	ij	kl'	

Martius habet dies.
xxxi. luna. xxx.

iii	d	Martius		Albini epi.	D.
	c	vi	N'	ic mutantur ꝛc.	
xi	f	v	N'	pugnalori albis.	
xix	g	iiii	N'		
viii		iii	N'		
	b	ii	N'		
xvi	c	Nonas	N'	Thome de aquino.	
v	d	viii	Id'		
	e	vii	Id'		
xiii	f	vi	Id'		
ii	g	v	Id'		
		iiii	Id'	Gregorii pape.	
xv	b	iii	Id'		
iiii	c	Idus	Id'		
	d	ii	kl'		

xiii	e	xvii	kl'		pulis.
i	f	xvi	kl'	5	entrudis uirg̃
	g	xv	kl'		ol in ariete.
ix		xiiii	kl'		
	b	xiii	kl'		
xvii	c	xii	kl'		enedicti abbis.
vi	d	xi	kl'		
	e	x	kl'		
xiiii	f	ix	kl'		ec̃ concurrentiũ.
iii	g	viii	kl'		nnũciacio dñica.
		vii	kl'		dam plasmatur
xi	b	vi	kl'		esurrectio dñi.
xix	c	v	kl'		ies eger.
viii	d	iiii	kl'		
	e	iii	kl'		
xvi	f	ii	kl'		

				Aprilis habet dies.	
				xxx. luna. xxix.	
	g	Aprilis.			
xi		iiii	No'		arte egyptiace.
	b	iii	No'		
xix	c	ii	No'		mbrosii epi.
viii	d	Non'	No'		
	e	viii	Id'		
xvi	f	vii	Id'		
v	g	vi	Id'		
		v	Id'		
xiii	b	iiii	Id'		res eger.
ii	c	iii	Id'		eonis pape.
	d	ii	Id'		
x	e	Idus	Id'		ufemie virginis.
	f	xviii	kl'		an tiburtii mris.
xviii	g	xvii	kl'		laneus rogatonu

vii		xvi	kl'	
	b	xv	kl'	ol in tauro.
xv	c	xiiii	kl'	
iiii	d	xiii	kl'	
	e	xii	kl'	ies egypc.
xii	f	xi	kl'	
i	g	x	kl'	nuencio corporis
		ix	kl'	eorgii martiris.
ix	b	viii	kl'	
	c	vii	kl'	arci ewangeliste
xvii	d	vi	kl'	etania maior.
vi	e	v	kl'	
	f	iiii	kl'	italis martiris.
xiiii	g	iii	kl'	etri martiris.
iii		ii	kl'	utropii martiris.

Mayus habet dies
xxxi. luna .xxx.

xi	b	Mayus.		hilippi et iacobi.
	c	vi	N	matorus epi.
xix	d	v	N	inuencio sancte crucis.
viii	e	iiii	N	uiriaci epi. D
	f	iii	N	ortinati epi.
xvi	g	ii	N	ohannis ante port.
v		Nona	N	
	b	viii	Id	
x	c	vii	Id	translacio sancti nich.
	d	vi	Id	ordiani mris
xviii	e	v	Id	amenti. conf.
vii	f	iiii	Id	ciri martiris.
	g	iii	Id	
xv		Idus	Id	
iiii	b	ii	kl	iiiij honorati.

	c	xviij	kl'		iiiij. Honorati
xij	d	xvi	kl'		
i	e	xv	kl'		olin geminis.
	f	xiiij	kl'	p	uonis confessoris.
ix	g	xiij	kl'	p	eni heremite.
		xij	kl'		
xvij	b	xi	kl'		
vi	c	x	kl'		
	d	ix	kl'	d	onaciani mrīs.
xiiij	e	viij	kl'		les eger.
iij	f	vij	kl'		ihani pape.
	g	vi	kl'		
xi		v	kl'		ermani par. epi.
	b	iiij	kl'		
xix	c	iij	kl'		
i	d	ij	kl'	p	etronille uirgīs.

Junius habet dies. xxx. luna. xxix.

	e	Junius		n (guide)	icomedis mr̄is
xix	f	vi	No.	m (guide)	arcellini mr̄is
viii	g	v	No.		
xvi		iiii	No.		
v	b	iii	No.		
	c	ii	No.		
xiii	d	Nōs	No.	m (guide)	edardi epi.
ii	e	viii	Id.		
	f	vii	Id.	p (guide)	rimi marinus
x	g	vi	Id.	l (guide)	anderici epi. d.
		v	Id.	b (guide)	arnabe apl̄i.
xviii	b	iiii	Id.	b (guide)	alsidis mr̄is
vii	c	iii	Id.		
	d	Id.?	Id.	j (guide)	ulij. basilij epi.
xv	e	ii	kl.	m (guide)	odesti mr̄is.

iiij	f	xv	kl'	arcoli mrīs.
	g	xiiij	kl'	ol in cancro.
xij		xiij	kl'	arcelliani mrīs
i	b	xij	kl'	eruasii mrīs
	c	xi	kl'	anne uirginis.
ix	d	x	kl'	eufredi albis.
	e	ix	kl'	aulini epī.
xvij	f	viij	kl'	igilia.
vi	g	vij	kl'	atiuitas bī iohis
		vj	kl'	
xiiij	b	v	kl'	ohānis et pauli.
iij	c	iiij	kl'	rāslatio scī eligii
	d	iij	kl'	eonis pape.
xj	e	ij	kl'	etri et pauli apl'.
xix	f	i	kl'	ōmemoratio
				sancti pauli.

Julius habet dies
xxxi. luna. xxx.

xix	g	Julius.		Oct. sci iohannis.
viii		vi	No.	Processi et martiniani mrs.
	b	v	No.	
xvi	c	iiii	No.	Translatio sci martini.
v	d	iii	No.	
	e	ii	No.	Oct. apl. petri et pauli.
xiii	f	Nonas	No.	Translatio sci thome.
ii	g	viii	Id.	Kyliani mris.
	a	vii	Id.	Copaldi conf.
x	b	vi	Id.	Septem fratrum.
	c	v	Id.	Translatio sci benedicti.
xviii	d	iiii	Id.	Dies caniculares.
	e	iii	Id.	Dies eger.
xv	f	Idus	Id.	Divisio apostolorum
vii	g	ii	Id.	

iiij		xvij	kl'	ugusti.
	b	xvj	kl'	
xij	c	xv	kl'	ol in leone
j	d	xiiij	kl'	
	e	xiij	kl'	agarete virḡ.
x	f	xij	kl'	ictoris mr̄is.
	g	xj	kl'	arie magdalene.
xviij		x	kl'	ies eger.
vj	b	ix	kl'	ristine virgīs.
	c	viij	kl'	acobi apli.
xiiij	d	vij	kl'	rāslatō scī micelh.
iij	e	vj	kl'	rāsfiguratō dnī.
	f	v	kl'	ancte anne.
xj	g	iiij	kl'	elicis martiris
		iij	kl'	bdon mr̄is
xix	b	ij	kl'	ermani epī.

Augustus habet dies.
xxxi. luna. xxx.

viii	c	Augustus		d uincla sci petri.
xvi	d	iiii	N'	usebii epi et mar.
v	e	iii	N'	ancti stephani.
	f	ii	N'	tephani pape.
xiii	g	Nõs	N'	euni epi.
ii		viii	Id'	ixti pape.
	b	vii	Id'	onati episcopi.
x	c	vi	Id'	ustini mris
	d	v	Id'	igilia romani.
xviii	e	iiii	Id'	aurencii mris.
vii	f	iii	Id'	usceptio corone
	g	ii	Id'	iburcii mris.
xv		Idus	Id'	politi mris.
iiii	b	xix	kl'	
	c	xviii	kl'	igilia. septebris

xij	d	xviij	kl'	ssumptio bte marie.
i	e	xvij	kl'	ct. sancti laurencij
	f	xv	kl'	olim uirgine
ix	g	xiiij	kl'	
		xiij	kl'	hiliberti abbatis
xvij	b	xij	kl'	
vi	c	x	kl'	ct. bte marie.
xv	d	ix	kl'	himotei mris
iiij	e	viij	kl'	artholomei apli.
	f	vij	kl'	udouici regis.
xij	g	vj	kl'	ernardi abbatis.
		v	kl'	eorgij mris.
xix	b	iiij	kl'	ugustini epi.
viij	c	iij	kl'	ecolato sci iohis.
	d	xiij	kl'	iacii confessoris.
	e	ij	kl'	abine uirgis. D.

September habet .xxx.
dies. luna .xxx.

xvi	f	Septēber.		gidij albis.
v	g	iiij	N'	ntonini mr̄is.
		iij	N'	uppi episcopi.
xiij	b	ij	N'	arcelli mr̄is.
ij	c	Nōs.	N'	ittorini mr̄is.
	d	viij	Id'	
x	e	vij	Id'	Ledoaldi conf.
	f	vi	Id'	atiuitas sc̄e marie
xviij	g	v	Id'	orgonii mr̄is.
vij		iiij	Id'	
	b	iij	Id'	rothi mr̄is.
xv	c	ij	Id'	ini episcopi.
iiij	d	Idus	Id'	aurilionis epi.
	e	xviij	kl'	xaltatio sc̄e crucis.
xij	f	xvij	kl'	ol in libra.

i	g	xvi	kl'	ucie martiris.
		xv	kl'	domani epi.
ix	b	xiiii	kl'	amberti episcopi.
	c	xiii	kl	igni confessoris.
xvii	d	xii	kl'	igilia.
vi	e	xi	kl'	athie apli. dies eg.
	f	x	kl'	auricii sociorumque eius
xiiii	g	ix	kl'	ecle virginis.
iii		viii	kl'	
	b	vii	kl'	mmini epi.
xi	c	vi	kl'	cnatous epi.
	d	v	kl'	osme et damiani.
xix	e	iiii	kl'	
viii	f	iii	kl'	ichaelis archangeli.
	g	ii	kl'	eronimi pbri.
xvi		i	kl'	

				Octobr: habet dies.
				xxxi. luna. xxx.
xvi		Octobr:		emigii epi.
v	b	vi	N'	ereni confessoris.
	c	v	N'	rācisci epi. D.
xiii	d	iiii	N'	
ii	e	iii	N'	
x	f	ii	N'	idis virginis.
	g	Nōs	N'	arci pape.
xviii		viii	Id'	emetrii mr̄is.
vii	b	vii	Id'	yonisii mr̄is.
	c	vi	Id'	ereonis mr̄is.
xv	d	iiii	Id'	
iiii	e	iii	Id'	
	f	ii	Id'	
xii	g	Idus	Id'	alixti pape.
i		xviii	kl'	

	b	xviii	kl'	ouembris.
ix	c	xvii	kl'	ol in scorpione
	d	xvi	kl'	uce euuangeliste.
xvii	e	xv	kl'	orenciani mris
vi	f	xiiii	kl'	apraisii mris.
	g	xiii	kl'	ndeci. m. uirg.
xiiii		xii	kl'	elonis epi. D.
iii	b	xi	kl'	euerini confess.
	c	x	kl'	aglorii epi.
xi	d	ix	kl'	rispini et crispiani.
	e	viii	kl'	
xix	f	vii	kl'	igilia.
viii	g	vi	kl'	ymonis et iude ap.
		v	kl'	
xvi	b	iiii	kl'	uciani mris.
	c	iii	kl'	uintini mris.

Nouember habet
dies. xxx. luna. xxx.

	d	Nouember.		estiuitas oīū scōr
xiii	e	iiii	N	omemoratio deffūc.
ii	f	iii	N	aurelli epī.
	g	ii	N	
x		Nonas	N	lari epī.
	b	viii	Id	eonardi ab.
xviii	c	vii	Id	ernuliani mrīs.
vii	d	vi	Id	ct. scī maurelli
	e	v	Id	aturini conf.
xv	f	iiii	Id	eranni epī.
iiii	g	iii	Id	artini epī.
		ii	Id	com confess.
xii	b	Idus	Id	endulphi epī
i	c	xviii	kl	ecembris.
	d	xvii	kl	ugenii mrīs.

ix	e	xvi	kl'		ol i sagittario
	f	xv	kl'		mani epi.
xvii	g	xiiii	kl'		ct. sci martini
vi		xiii	kl'		ce elysabeth
	b	xii	kl'		
xiiii	c	xi	kl'		olumbani.
iii	d	ix	kl'		ecilie virg.
	e	viii	kl'		lementis pape
xi	f	x	kl'		eucrini mrchri.
	g	vii	kl'		atherine virg.
xix		vi	kl'		enonefe virg.
viii	b	v	kl'		italis mris.
	c	iiii	kl'		ies eger.
xvi	d	iii	kl'		aturnini epi.
v	e	ii	kl'		ndree apli.

					December habet dies.
					xxxj. luna. xxx.
xiiij	f	December.			ligij epi.
ij	g	iiij	N		
		iij	N		
x	b	ij	N		usceptō reliquiar
	c	Nonas	N		
xviij	d	viij	Id		icholai epi.
vij	e	vij	Id		ices egter. oct. s̄ci ad.
	f	vi	Id		onceptō b̄e m̄.
xv	g	v	Id		
iiij		iiij	Id	n	ichasij episcopi.
	b	iij	Id		eucaam m̄ris
xij	c	ij	Id		
i	d	Idus	Id		ucae uirginis.
	e	xix	kl		anuarij.
ix	f	xviij	kl	m	arimiani m̄ris.

	g	xvij	kl'		
xvij		xvj	kl'		
vj	b	xv	kl'		ol in capricorno
	c	xiiij	kl'		
xvj	d	xiij	kl'		
v	e	xij	kl'		home apli
	f	xj	kl'		les eger.
xiij	g	x	kl'		
		ix	kl'		igilia.
xix	b	viij	kl'		atiuitas dñi.
viij	c	vij	kl'		tephani proth.
	d	vj	kl'		ohãnis apli.
xiiij	e	v	kl'		cõrum ĩnoc.
iij	f	iiij	kl'		home cantuar
	g	iij	kl'		
		ij	kl'		ilvestri pape

Officium B.tæ Mariæ.

Pater, Ave & Credo.

Deinde altâ voce dicitur,

Domine, labia mea aperies ℟ et os meum annuntiabit laudem tuam Ps. 50 = ℣ Deus in adjutorium meum intende, ℟ Domine, ad adjuvandum me festina Ps. 69 = gloria Patri &c. Sicut erat &ta. ante Pascha, laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ. post. alleluia

Invitatorium.
Psalmus 94.
Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro: praeoccupemus faciem ejus

in confessione et in psalmis iubilemus ei.

Ave maria gratia plena dominus tecum.

Quoniam deus magnus dominus et rex magnus super omnes deos quoniam non repellet dominus plebem suam quia in manu eius sunt omnes fines terre et altitudines montium ipse conspicit.

Dominus tecum.

Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud et aridam fundaverunt manus eius venite adorem⁹

et procidamus ante deum ploremus
coram domino qui fecit nos quia
ipse est dominus deus noster nos autem
populus eius et oues pascue eius.
Aue maria gratia plena dominus tecum.
Hodie si uocem eius audieritis
nolite obdurare cordurare corda ue
stra sicut in exacerbatione secundum
diem temptationis in deserto ubi
temptauerunt me patres nostri proba
uerunt et uiderunt opera mea.
Dominus tecum.
Quadraginta annis proximus
fui generationi huic et dixi semper

hij erant corde ipsi vero non co-
gnoverunt vias meas quibus
iuravi in ira mea si introi-
bunt in requiem meam.

Ave maria gratia plena dominus tecum.

Gloria patri et filio et spiritui
sancto: sicut erat in principio.

Dominus tecum.

Ave maria gratia plena dominus tecum.

O quam glori-
fica luce coruscas stirpis
davidice regia proles sublimis re-
sidens virgo maria supra celigenas
ethereos omnes.

Tu cum virgineo mater honore
angelorum domino pectoris aulam
sacris visceribus casta parasti natus
hinc deus es homo corpore Christe.

Quem cunctus venerans orbis
adorat cui nunc rite genu flectitur
omne a quo nos petimus te veni-
ente abiectis tenebris gaudia lucis.

Hoc largire pater luminis omnis
natum per proprium flamine sa-
cro qui tecum nitida vivit in ethe-
ra regnans ac moderans secula cunc-
ta. Amen.

Exaltata es.

Domine dominus nr̄ qm̄
admirabile est nomē
tuum in uniuersa terra.
Quoniam eleuata est magni
ficentia tua super celos.
Ex ore infantium et lactan
cium perfecisti laudem propter ini
micos tuos ut destruas inimicū
et ultorem.
Quoniam uidebo celos tuos o
pera digitorum tuorum lunam
et stellas que tu fundasti.
Quid est homo quod memor
es eius: aut filius hominis quo

niam uisitas eum.

Minuisti eum paulominus
et ab angelis gloria et honore co
rone coronasti eum et constituisti
eum super opera manuū tuarū.

Omnia subiecisti sub pedib;
eius oues et boues: uniuersas in
super et pecora campi.

Volucres celi et pisces maris
qui perambulant in semitas:
maris.

Domine dominus nr̄ qm̄ ad
mirabile est nomen tuum: in uni
uersa terra.

Gloria patri.

Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum.

Dies diei eructat verbum et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquele neque sermones quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum: et ipse tanquam sponsus pro

cedens de thalomo suo.

Exultauit ut gygas ad curren
dam uiam: a summo celo egressio
eius.

Et occursus eius usq; ad sum
mum eius: nec est qui se abscondat
a calore eius.

Lex domini immaculata con
uertens animas testimonium do
mini fidele sapienciam prestans
paruulis.

Iusticie domini recte letifican
tes corda preceptum domini lucidū
illuminans oculos.

Timor domini sanctus perma
net in seculum seculi: iudicia do
mini vera iustificata in semet ip
sa.

Desiderabilia super aurum et
lapidem preciosum multum et dul
ciora super mel et favum.

Etenim servus tuus custodit
ea custodiendis illis retribucio mul
ta.

Delicta quis intelligit ab occul
tis meis munda me domine et ab
alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati:

nunc immaculatus ero et emundabor a delicto maximo.

Et erunt ut complaceant eloquia oris mei: et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adiutor meus: et redemptor meus.

Gloria patri.

Domini est terra et plenitudo eius orbis terrarum: et universi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: et super flumina preparavit eum.

Quis ascendet in montem domini
aut quis stabit in loco sancto sc̄o
eius.

Innocens manibus et mundo
corde qui non accepit in vano ani-
mam suam nec iuravit in dolo p̄
ximo suo.

Hic accipiet benedictionem a
domino et mīam a deo salutari
suo.

Hec est generatio querentium
eum: querentium faciem dei iacob.

Attollite portas principes vr̄as
et elevamini porte eternales et intro

ibit rex glorie.

Quis est iste rex glorie dominus fortis et potens: dominus potens in prelio.

Attollite portas principes vestras et elevamini porte eternales et introibit rex glorie.

Quis est iste rex glorie: dominus virtutum ipse est rex glorie.

Gloria patri.

Exaltata es sancta dei genitrix super choros angelorum ad celestia regna.

Diffusa est gratia in labiis tuis.

Propterea benedixit te deus in eternum.

Pater nr̄ qui es in celis.
Iube domne bñdicere.
Alma uirgo uirginum intercede pro no
bis omnibus. Amen.
Surge beatissima uirgo
maria misericorditer ac
curra pro nobis surge et amplectẽ
miam redemptionis da preces pro
nobis quos cernis offensos ante
oculos conditoris. Tu autẽ dñe
miserere nr̄i. Deo gratias.
Beata es uirgo maria dei genitrix que
credidisti domino perfecta sunt in te que
dicta sunt tibi a domino. Ecce exaltata

es super choros angelorum. Intercede pro no
bis ad dominum.

Ave maria gratia plena dominus
tecum. Intercede.

Iube domne benedicere.

Ora pro nobis virgo ma
ria. Amen.

Deus cordium oculos terge
atque serenitas iusticie oste
dendo a nobis vitia subtrahen
atque sancta plantaria virtutum
nobis inserere impetra auxilium quo
supernum consequamur bravium.
Tu autem domine.

Sancta et immaculata.

Sancta et immaculata uirginitas quibus te laudibus referam nescio quia quem celi capere non poterant tuo gremio contulisti.

Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus uentris tui. Quia quem.

Iube domne benedicere.

Sancta dei genitrix sit nobis auxiliatrix. Amen

Gratiosissima uirgo maria nos qui hoc credimus quod uirgo et mater dei sis credendo sentiamus et quod pro nobis deprecens nisi petencium uota impetrata assequantur ut qui co

fitemur te peperisse deum et hominem
gaudeamus per te nobis aduenisse
salutem. Tu autem.

Felix namque es sacra virgo maria et
omni laude dignissima quia ex te ortus
est sol iustitie xpc deus nr.

Ora pro populo interueni pro clero
intercede pro deuoto femineo sexu senciant
omnes tuum leuamen quicumque celebrant
tuam commemorationem. Quia ex te.

Gloria patri et filio. Quia ex te.

Specie tua.

Eructauit cor meum uer-
bum bonum: dico ego

ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribe:
velociter scribentis.

Speciosus forma pre filiis ho
minum: diffusa est gratia in la
biis tuis propterea benedixit te
deus in eternum.

Accingere gladio tuo super fe
mur tuum potentissime.

Specie tua et pulcritudine tua:
intende prospere procede et regna.

Propter veritatem et mansue
tudinem et iusticiam deducet te
mirabiliter dextera tua

Sagitte tue acute populi sub
te cadent in corda inimicorũ regis.
Sedes tua deus in seculum seculi
uirga directionis uirga regni tui.
Dilexisti iusticiam et odisti ini
quitatem: propt͞ra unxit te deus
tuus oleo leticie pre consortibꝫ tuis.
Mirra et gutta et casia a uesti
mentis tuis: a domibus eburne
is ex quibus delectauerunt te filie
regum in honore tuo.
Astitit regina a dextris tuis ĩ
uestitu deaurato circumdata ua
rietate.

Audi filia et vide et inclina au
rem tuam: et obliviscere populum
tuum et domum patris tui.
Et concupiscet rex decorem tu
um quoniam ipse est dominus
deus tuus et adorabunt eum.
Et filie tyri in muneribus vul
tum deprecabuntur omnes divi
tes plebis.
Omnis gloria eius filie regis
ab intus in fimbriis aureis circum
amicta varietatibus.
Adducentur regi virgines post
eam proxime eius afferentur tibi.

Adducentur in leticia et exulta
tione adducentur in templum regis
Pro patribus tuis nati sunt
tibi filii: constitues eos principes
super omnem terram.
Memores erunt nominis tui:
domine in omni generatione et
generationem.
Propterea populi confitebun
tur tibi in eternum et in seculum seculi.
Gloria patri.
Deus noster refugium et vir
tus adiutor in tribula
tionibus: que invenerunt nos

nimis.
Propterea non timebimus
dum turbabitur terra transferentur
montes in cor maris.
Sonuerunt et turbate sunt aque
eorum: conturbati sunt montes in
fortitudine eius.
Fluminis impetus letificat ci
vitatem: dei sanctificavit taberna
culum suum altissimus.
Deus in medio eius non commo
vebitur: adiuvabit eam deus ma
ne diluculo.
Conturbate sunt gentes et in

clinata sunt regna: dedit uocem suā mota est terra.
Dominus uirtutum nobiscū: susceptor nr̄ deus iacob.
Venite et uidete opera domini que posuit prodigia super terram.
Auferens bella usq3 ad finem terre arcum conteret et confringet arma et scuta comburet igni.
Vacate et uidete quoniam ego sum deus: exaltabor in gentibus et exaltabor in terra.
Dominus uirtutum nobiscū: susceptor nr̄ deus iacob.

Gloria patri.
Fundamenta eius in mō-
tibus sanctis: diligit do-
minus portas syon super omnia
tabernacula iacob.
Gloriosa dicta sunt de te civitas
dei.
Memor ero raab et babilonis
scientium me.
Ecce alienigene et tyrus et po-
pulus ethyopum hii fuerunt illic.
Numquid syon dicet homo et
homo natus est in ea et ipse funda-
vit eam altissimus.

Dominus narrabit in scriptu-
ris populorum: et principum ho-
rum qui fuerunt in ea.
Sicut letancium omnium:
habitacio est in te.
Gloria pri̅.
Specie tua et pulcritudine tua intende
et prospere procede et regna.
Adiuvabit eam deus vultu suo.
Deus in medio eius nō cōmovebit'.
Pater nr̄ qui es in celis
Iube domne benedicere.
In omni tribulacione et angustia
succurrat nos virgo maria. Amen

Sancta maria
uirgo uirginum mater
et filia regis regum omnium tu-
um nobis impende solacium ut
celestis regni per te mereamur ha-
bere premium et cum electis dei re-
gnare in perpetuum. Tu autem

Beata es uirgo maria que domnũ
portasti creatorem mundi genuisti qui
te fecit et in eternum permanes uirgo.

Ave maria gratia plena dominus
tecum. Genuisti qui te.

Iube domne benedicere.

Sancta maria uirgo sit nobis sal⁹

et protectio. Amen.

Sancta maria piarum piis-
sima intercede pro nobis
sanctarum sanctissima uo per te
uirgo sumat nr̃a peccamina qui
pro nobis ex te natus regnat sup
ethera ut sua caritate nr̃a deleantur
peccamina. Tu autem.

Ad nutum domini nr̃m ditantis ho-
norem. Sicut spina rosam genuit iudea
mariam.

Ut tuum uirtus operiret gratia cul-
pam. Sicut spina.

Iube domne benedicere.

Beate marie filius sit nobis adiutor
et propitius. Amen.

Sancta dei genitrix que di
gne meruisti concipere quem
totus orbis nequivit comprehende
re tuo pio interventu culpas no
stras ablue ut perhennis sedem glo
rie per te redempti valeamus scandere
ubi manes et regnas cum filio tuo
sine tempore. Tu autem.

Solem iusticie regem paritura supre
mum. Stella maria maris hodie proces
sit ad ortum.

Cernere divinum lumen gaudete fi

deles. Stella maria maris.
Gloria patri et filio. Stella.
Gaude maria.
Cantate domino canticum novum: cantate domino omnis terra.
Cantate domino et benedicite nomini eius: annunciate de die in diem salutare eius.
Annunciate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius.
Quoniam magnus dominus et laudabilis nimis terribilis est

super omnes.
Quoniam omnes dii gencium demonia dominus autem celos fecit.
Confessio et pulcritudo in conspectu gentium sanctimonia et magnificencia in sanctificatione eius.
Afferte domino patrie gencium afferte domino gloriam et honorem afferte domino gloriam nomini eius.
Tollite hostias et introite in atria sancta eius adorate dominum in atria eius.

Commoueatur a facie eius
uniuersa terra: dicite gentibus
quia dominus regnauit.

Etenim correxit orbem terre qui
non commouebitur iudicabit po
pulos in equitate.

Letentur celi et exultet terra cõ
moueatur mare et plenitudo eius
gaudebunt campi et omnia que
in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna
siluarum: a facie domini quia
uenit quoniam uenit iudicare
terram.

Iudicabit orbem terre in equitate: et populos in veritate sua.

Gloria patri.

Dominus regnavit exultet terra: letentur insule multe.

Nubes et caligo in circuitu eius: iusticia et iudicium correctio sedis eius.

Ignis ante eum precedet et inflammabit in circuitu inimicos eius.

Illuxerunt fulgura eius orbi terre: vidit et commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt a
facie domini: a facie domini omnis
terra.
Annunciaverunt celi iusti
ciam eius: et viderunt omnes
populi gloriam eius.
Adorate dominum omnes qui
adorant sculptilia: et qui gloriantur
in simulacris suis.
Adorate dominum omnes
angeli eius: audivit et letata
est syon.
Et exultaverunt filie iude: prop
ter iudicia tua domine.

Quoniam tu dominus altis
simus super omnem terram: ni
mis exaltatus est super omnes
deos.
Qui diligitis dominum odite
malum custodit dominus animas
sanctorum suorum de manu pec
catoris liberavit eos.
Lux orta est iusto: et rectis
corde leticia.
Letamini iusti in domino: et
confitemini memorie sanctifica
tionis eius.
Gloria patri.

Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.
Saluauit sibi dexteram eius: et brachium sanctum eius.
Notum fecit dominus salutare suum: in conspectu gencium reuelauit iusticiam suam.
Recordatus est mie sue: et ueritatis sue domui israel.
Uiderunt omnes termini terre salutare dei nostri.
Iubilate deo omnis terra: cantate et exultate et psallite.

Psallite domino in cythara
et cythara et uoce psalmi: in tubĩ
ductilibz et uoce tube cornee.
Iubilate in conspectu regis
domini moueatur mare et plen
itudo eius gaudebunt orbĩ terrarũ
et uniuersi qui habitant in eo.
Flumina plaudent manu
simul montes exultabunt a cõ
spectu domini quia uenit quo
niam uenit iudicare terram.
Iudicabit orbem terrarum in
iusticia et populos in equitate.
Gloria patri.

Gaude maria uirgo cunctas hereses
sola interemisti in uniuerso mundo.

Adiuuabit eam deus uultu suo.

Deus in medio eius nō cōmouebit̃.

Pater qui es in celis.

Et ne nos inducas.

Iube dompne benedicere.

Ab hoste maligno eripiat nos dei
genitrix uirgo. Amen.

O beata maria quis tibi
digne ualeat iura gra
tiarum et laudum preconia im
pendere que singulari tuo assensu
mundo succurristi perdito quas

tibi laudes fragilitas humani
generis persolvit que solo nostro com-
mercio imperandi additum in-
venit. Accipe itaque quascumque ex-
iles et quascumque meritis tuis
impares gratiarum actiones et
cum susceperis vota culpas nostras
orando excusa. Ter antiphona.

Ave maria gratia plena dominus
tecum. Spiritus sanctus superveniet in
te et virtus altissimi obumbrabit tibi
quod enim ex te nascetur sanctum vocabitur filius dei.
Quomodo fiet istud quoniam vi-
rum non cognosco. Et respondens angelus dixit ei

Spiritus sanctus superveniet in te et vir-
tus altissimi obumbrabit tibi.

Iube dompne benedicere.

Sancta dei mater pro nobis iugiter
oret. Amen.

Admitte piissima dei
genitrix virgo preces
nostras intra sacrarium tue exau-
ditionis sit per te excusabile quod
per te ingerimus fiat et impetra-
bile quod fida mente poscimus
accipe quod offerimus redona quod
rogamus excusa quod timemus.
Tu autem domine miserere.

Stirps yesse virgam produxit vir-
gam que florem. Et super hunc florem re-
quiescit spiritus almus.
Virgo dei genitrix virgo est flos
filius eius. Et super hunc.
Vbi domine benedicere.
Ad gaudia paradisi perducat
nos mater ihesu christi. Amen.

Sancta maria succurre
miseris iuva pusilla
nimes refove flebiles ora pro
populo interueni pro clero inter-
cede pro deuoto femineo sexu sen-
tiant omnes tuum leuamen.

quicumque celebrant tuam com
memorationem. Assiste igitur
parat[us] votis p[ro] solantiu[m] et impende
nob[is] omnib[us] optatum effectu[m] sit
tibi studiu[m] assidue orare pro p[o]p[u]lo
dei q[ui] meruisti v[ir]go p[re]ciu[m] ferre mundi.
Tu autem domine.

Gaude maria virgo cunctas hereses
sola interemisti que gabrielis archan
geli dictis credidisti. Dum virgo deum
et hominem genuisti et post partum v[ir]
go inviolata permansisti.

Gabrielem archangelum scimus
divinitus te esse affatum uterum tuu[m]

de spiritu sancto credimus impregnatum
erubescat iudeus infelix qui dicit xpm ex
ioseph semine esse natum. Dum virgo.
Gloria patri. Dum virgo.
Te deum laudamus:
te dominum confitemur.
Te eternum eternum patrem
omnis terra veneratur.
Tibi omnes angeli: tibi celi
et universe potestates.
Tibi cherubin et seraphin in
cessabili voce proclamant.
Sanctus.
Sanctus.

Sanctus dominus deus sabaoth.
Pleni sunt celi et terra maie
statis glorie tue.
Te gloriosus apostolorum
chorus.
Te prophetarum: laudabilis
numerus.
Te martyrum candidatus lau
dat: exercitus.
Te per orbem terrarum: sancta
confitetur eccl'ia.
Patrem immense: maiesta
tis.
Venerandum tuum uerum

et unicum filium.
Sanctum quoqz paraclitum
spiritum.
Tu rex glorie xpe.
Tu patris sempiternus es filius
Tu ad liberandum suscepturus
hominem non horruisti virginis
uterum.
Tu devicto mortis aculeo aperu
isti credentibz regna celorum.
Tu ad dexteram dei sedes: in glo
riam patris.
Iudex crederis esse venturus.
Te ergo quesumus famulis

tuis subueni quos precioso san
guine redemisti.
Eterna fac cum sanctis tuis
in gloria numerari.
Saluum fac populum tuum
domine et benedic hereditati.
Et rege eos et extolle illos usq;
in eternum.
Per singulos dies: benedici
mus te.
Et laudamus nomen tuum
in seculum et in seculum seculi.
Dignare domine die isto si
ne peccato nos custodire.

Miserere mei domine miserere
re mei.
Fiat misericordia tua domine super
nos quemadmodum speravimus
in te.
In te domine speravi non con
fundar in eternum.
Speciosa facta es et suavis.
In deliciis tuis sancta dei genitrix.

Deus in adiutori
um meum in
tende.
Domine ad adiuuandum
me festina.

me fessima.

Gloria patri.

Benedicta in.

Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem et precinxit se.

Etenim firmauit orbem terre: qui non commouebitur.

Parata est sedes tua deus: ex tunc a seculo tu es.

Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina uocem suam.

Eleuauerunt flumina a flũia fluctus suos: a uocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis domum tuam decet sanctitudo domine in longitudinem dierum.

Gloria patri.

Iubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia.

Introite in conspectu

eius in exultatione.

Scitote quoniam dominus ipse est deus: ipse fecit nos et non ipsi nos.

Populus eius et oues pascue eius introite portas eius in confessione atria eius in hymnis confitemini illi.

Laudate nomen eius quoniam suauis est dominus in eternum misericordia eius: et usque in generatione et generationem ueritas eius.

Gloria patri.

Sicut erat in.

Deus deus meus ad te
de luce vigilo.
Sitivit in te anima mea: quam
multipliciter tibi caro mea.
In terra deserta et invia et in
aquosa sic in sancto apparui tibi
ut viderem virtutem tuam et
gloriam tuam.
Quoniam melior est mīa tua
tua super vitas labia mea lauda
bunt te.
Sic benedicam te in vita mea
et in nomine tuo: levabo ma
nus meas.

Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea: et in labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum et in matutinis meditabor in te quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum: exultabo adhesit anima mea post te me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quesierunt animam meam: introibunt in inferiora terre tradentur

in manus gladii partes vulpiū
erunt.
Rex vero letabitur in deo lau
dabuntur in te omnes qui iu
rant in eo quia obstructum ē
os loquentium iniqua.
Deus misereatur nrī et
benedicat nobis illumi
net vultum suum super nos et
misereatur nrī.
Ut cognoscamus in terra
viam tuam: in omnibz gentibz
salutare tuum.
Confiteantur tibi populi

deus: confiteantur tibi populi
omnes:
Letentur et exultent gentes
quoniam iudicas populos in
equitate et gentes in terra dirigis.
Confiteantur tibi populi
deus: confiteantur tibi populi
omnes terra dedit fructum suum.
Benedicat nos deus deus
nr̃. benedicat nos deus et metu
ant eum omnes fines terre.
Gloria patri.
Benedicite omnia opa
domini domino lauda

te et superexaltate eum in secula.

Benedicite angeli domini domino: benedicite celi domino.

Benedicite aque omnes que super celos sunt domino: benedicite omnes uirtutes domini domino:

Benedicite sol et luna domino: benedicite stelle celi domino.

Benedicite ymber et ros domino: benedicite omnis spiritus dei domino.

Benedicite ignis et estus domino: benedicite frigus et estas

domino.

Benedicite rores et pruina domino: benedicite gelu et frigus domino.

Benedicite glacies et nives domino: benedicite noctes et dies domino.

Benedicite fulgura et nubes domino: benedicite lux et tenebre domino:

Benedicat terra dominum laudet et superexaltet eum in secula.

Benedicite montes et colles domino: benedicite universa ger-

nunancia in terra domino.

Benedicite fontes domino:
benedicite maria et flumina do
mino.

Benedicite cete et omnia q̄
mouentur in aquis domino:
benedicite omnes uolucres celi
domino.

Benedicite omnes bestie et pec
cora domino: benedicite filii ho
minum.

Benedicat israel dominum:
laudet et superexaltet eum in scl'a.

Benedicite sacerdotes domini

domino: benedicite sancti domini
domino.

Benedicite spiritus et anime
iustorum domino: benedicite sancti
et humiles corde domino.

Benedicite anania et azaria
misael domino: laudate et sup
exaltate eum in secula.

Benedicamus patrem et fi
lium cum sancto spiritu: lau
demus et superexaltemus eum
in secula.

Benedictus es domine in fir
mamento celi laudabilis et glo

nostus et superexaltatus in secula amen.

Laudate dominum de celis: laudate eum eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes uirtutes eius.

Laudate eum sol et luna: laudate eum omnes stelle stelle et lumen.

Laudate eum celi celorum et aque que super celos sunt laudent nomen domini.

Quia ipse dixit et facta sunt
ipse mandavit et creata sunt.
Statuit ea in eternum et in
seculum seculi: preceptum posuit
et non preteribit.
Laudate dominum de terra
dracones et omnes abyssi.
Ignis grando nix glacies
spiritus procellarum: que faciūt
verbum eius.
Montes et omnes colles li
gna fructifera et omnes cedri.
Bestie et universa pecora:
serpentes et volucres pennate.

Reges terre et omnes populi
principes et omnes iudices terre
Iuvenes et virgines senes cum
iunioribus laudent nomen domi-
ni: quia exaltatum est nomen
eius solius.
Confessio eius super celum
et terram: et exaltavit cornu po-
puli sui.
Hymnus omnibus sanctis
eius: filiis israel populo apro-
pinquanti sibi.
Cantate domino canti-
cum novum: laus eius

in ecclesia sanctorum.
Letetur israel in eo qui fecit
eum et filie syon: exultent in rege
suo.
Laudent nomen eius in cho
ro et tympano: et psalterio psal
lant ei.
Quia beneplacitum est domi
no in populo suo: et exaltauit mā
suetos in salutem.
Exultabunt sancti in gloria:
et letabuntur in cubilibꝫ suis.
Exultationes dei in gutture
eorum: et gladii ancipites in

manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in
nascionibus increpationes in
populis.
Ad alligandos reges eorum
in compedibus et nobiles eorum
in manicis ferreis.
Ut faciant in eis iudicium co
scriptum: gloria hec est omnibus
sanctis eius.
Laudate dominum in sčis
eius: laudate eum in fir
mamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus

eius laudate.

eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tube: laudate eum in psalterio et cythara.

Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in cordis et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis omnis spiritus laudet dominum.

Gloria patri.

Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui.

Te laudant angeli atque archangeli virgo sancta dei genitrix que virum non cognovisti et dominum deum nostrum in sancto utero tuo baiulasti. Deo gratias.

Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis in tua se clausit viscera: factus homo.

Vera fides geniti purgavit crimina mundi: et tibi virginitas

inuiolata manet.

Te matrem pietatis opem te
clamitat orbis: subuenias famu
lis o benedicta tuis.

Gloria magna patri compar
tibi gloria nate cum sancto spũ.
gloria magna prĩ. Amen.

Elegit eam deus et preelegit eam.

Et habitare eam facit in taberna
culo suo.

Hec est regina.

Benedictus dominus de
us israel: quia uisita
uit et fecit redemptionem ple-

bis sue.

Et erexit cornu salutis nobis in domo david pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum: qui a seculo sunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nris: et de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam miam cum patribus nris: et memorari testamēti sui sancti.

Iusiurandum quod iuravit ad abraham patrem nrm: datu

rum se nobis.

Ut sine timore de manu omni-
um inimicorum nr̄orum liberati
seruiamus illi.

In sanctitate et iusticia corā
ip̄o omnibus diebus nr̄is.

Et tu puer propheta altissimi
uocaberis preibis enim ante faciem
domini parare uias eius.

Ad dandam scientiam salutis
plebi eius: in remissionem pecca-
torum eorum.

Per uiscera mīe dei nr̄i: in quibꝫ
uisitauit nos oriens ex alto.

Illuminare hys qui in tene
bris et in umbra mortis sedent ad
dirigendos pedes nr̄os ī viā pacis.
Gloria patri.
Hec est regina virginum que genuit
nobis regem angelorum velud rosa decora
virgo sancta dei genitrix per quam recepi
mus deum et hominem alma virgo virgi
num intercede pro nobis omnib₃. Amen.
Domine exaudi orationem meam.
Deus qui corda fidelium
sancti spiritus illustra
tione docuisti da nobis in eodem
spiritu recta sapere et de eius semp

sanctta consolatione gaudere. per
dominum nostrum ihesum xpistum fi-
lium tuum qui tecum uiuit et.

Concede nos fa-
mulos tuos quesumus
domine deus perpetua mentis et cor-
poris sanitate gaudere et gloriosa
beate marie semper uirginis inter-
cessione a presenti liberari tristicia et e-
terna perfrui leticia. per dominum
nostrum nostrum ihesum xpistum filium

Ecclesiam tuam
quesumus domine be-
nignus illustra ut beati iohannis

apli tui et euuangeliste illumina
ta doctrinis ad dona perueniat sem
piterna. Per dominum nostrum ihesum
xpistum filium tuum qui tecum uiuit
et regnat in unitate spiritus.
Benedicamus domino.
Deo gratias.

DEus in adiuto
rium meum
intende.
Domine ad adiuuandum

me festina.

Gloria patri.

Sicut erat in principio.

Veni creator spiritus
mentes tuorum visita
imple superna gratia que tu crea
sti pectora.

Memento salutis auctor qd'
nri quondam corporis ex illibata
uirgine nascendo formam sūp
seris.

Maria mr̄ gratie mr̄ mie
tu nos ab hoste protege et hora mor
tis suscipe.

Gloria tibi domine qui natus
es de uirgine cum patre sancto spū
in sempiterna secula amen.

Benedicta tu.

Beatus uir qui non abiit
in consilio impiorum
et in uia peccatorum non stetit
et in cathedra pestilencie nō sedit.

Sed in lege domini uoluntas
eius: et in lege eius meditabitur
die ac nocte.

Et erit tanquā lignum quod
plantatum est secus decursus a
quarum quod fructum suū da

bit in tempore suo.

Et folium eius non defluet et omnia quecumque faciet semper prosperabuntur.

Non sic impii non sic sed tanquam pulvis: quem proicit ventus a facie terre.

Ideo non resurgunt impii in iudicio: neque peccatores in consilio iustorum.

Quoniam novit dominus viam iustorum: et iter impiorum peribit.

Gloria patri.

Quare fremuerunt gentes: et populi meditati sunt inania.

Astiterunt reges terre et principes convenerunt in unum adversus dominum et adversus xpistum eius.

Dirumpamus vincula eorum: et proiciamus a nobis iugum ipsorum.

Qui habitat in celis irridebit eos: et dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua: et in furore suo conturbabit

eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super syon montem sanctũ eius predicans preceptum eius.

Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te.

Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionẽ tuam terminos terre.

Reges eos in virga ferrea: et tanquã vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite erudimini qui iudicatis terram.

Servite domino in timore: et

exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam ne-
quando irascatur dominus et per-
eatis de via iusta.

Cum exarserit in brevi ira eius
beati omnes qui confidunt in eo.

Gloria patri.

Verba mea auribus perci-
pe: domine intellige cla-
morem meum.

Intende voci orationis mee:
rex meus et deus meus.

Quoniam ad te orabo domine
mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi et videbo quo
niam non deus volens iniquita
tem tu es.

Neque habitabit iuxta te mali
gnus: neque permanebunt iniusti
ante oculos tuos.

Odisti omnes qui operantur
iniquitatem: perdes omnes qui lo
quuntur mendacium.

Virum sanguinum et dolosum
abhominabitur dominus: ego
autem in multitudine misericordie
tue.

Introibo in domum tuam

adorabo ad templum.

adorabo ad templum sanctum tu-
um in timore tuo.
Domine deduc me in iusticia
tua propter inimicos meos dirige
in conspectu tuo viam meam.
Quoniam non est in ore eor-
um veritas: cor eorum vanum est.
Sepulcrum patens est guttu-
r eorum linguis suis dolose age-
bant iudica illos deus.
Decidant a cogitationibus suis
secundum multitudinem impie-
tatum eorum expelle eos quoni-
am irritaverunt te domine.

Et letentur omnes qui sperant
in te in eternum: exultabunt et ha
bitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes
qui diligunt nomen tuum: quo
niam tu benedices iusto.
Domine ut scuto bone volun
tatis tue coronasti nos.
Gloria patri.
Benedicta tu in mulieribus et benedic
tus fructus ventris tui.
Felix namque es sacra vir
go maria et omni laude
dignissima quia ex te ortus est sol.

iusticie xpe deus nr. Deo gratias.

Diffusa est gratia in labiis tuis.

Propterea benedixit te deus in eternum.

Diffusa est gratia in labiis tuis.

Gloria patri et filio et spiritui sancto.

Diffusa est gratia in labiis tuis.

Specie tua et pulcritudine tua.

Intende prospere procede et regna.

Domine exaudi orationem. Et cl.

Deus qui aplis tuis sanc
tum dedisti spiritum
concede plebi tue pie petionis effec
tum ut quibus dedisti fidem lar
giaris et pacem. Per.

Famulorum tuorum
quesumus domine de
lictis ignosce ut qui tibi placere
de actibus nostris non ualeamus
genitricis filij tui domini nostri ihesu
xpisti intercessione saluemur. per.

Ecclesiam tuam
quesumus domine beni
gnus illustra ut beati iohannis
apostoli tui et euuangeliste illumina
ta doctrinis ad dona perueniat sem
piterna. per dominum nostrum ihesum
xpistum filium tuum qui tecum

DEus in adiuto-
rium meum in-
tende.
Domine ad adiuuandum me

festina.
Gloria patri.
Veni creator spiritus mẽ
tes tuorum visita iple
superna grã q̃ tu creasti pectora.
Memento salutis auctor quod
nr̃i quondam corporis ex illibata
virgine nascendo formam sump-
seris.
Maria mr̃ gratie mr̃ mĩe tu
nos ab hoste protege et hora mor
tis suscipe.
Gloria tibi domine qui natus.

es de uirgine cum patre sancto spiritu
in sempiterna secula. Amen.

Dignare me.

Ad dominum cum tri
bularer clamaui: et
exaudiuit me.

Domine libera animam meam
a labiis iniquis: et a lingua do
losa.

Quid detur aut quid apona
tur tibi: ad linguam dolosam.

Sagitte potentis acute: cum
carbonibus desolatoriis.

Heu michi quia incolatus

meus prolongatus est et habitaui
cum habitantibus cedar multum
incola fuit anima mea.
Cum his qui oderunt pacem
eram pacificus: cum loquebar illis
impugnabant me gratis.
Gloria patri.
Leuaui oculos meos in
montes unde ueniet au-
xilium michi.
Auxilium meum a domino:
qui fecit celum et terram.
Non det in commotionem
pedem tuum: neqȝ dormitet qui cu

stodit te.
Ecce non dormitabit neqꝫ dor
miet qui custodit israel.
Dominus custodit te dominꝰ
protectio tua super manum dexte
ram tuam.
Per diem sol non uret te: neqꝫ
luna per noctem.
Dominus custodit te ab om
ni malo: custodiat animam tuā
dominus.
Dominus custodiat introi
tum tuum et exitum tuum ex hoc
nunc et usqꝫ in seculum.

Gloria patri.

Letatus sum in hys que dicta sunt michi: in domum domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis iherusalem.

Iherusalem que edificatur ut ciuitas cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini testimonium israel ad confitendum nomini domini.

Quia illic sederunt sedes: in iudicio sedes super domum dauid.

Rogate que ad pacem sunt ihe
rusalem: et habundancia diligen
tibus te.
Fiat pax in virtute tua: et habū
dancia in turribus tuis.
Propter fratres meos et pro
ximos meos: loquebar pacem de
te.
Propter domum domini: dei
nr̄i quesivi bona tibi.
Gloria patri.
Dignare me laudare te virgo sacrata
da michi virtutem contra hostes tuos.

Paradisi porta per evam
cunctis clausa est et per
beatam mariam virginem iterũ
patefacta est. Deo gratias.
Specie tua et pulcritudine tua.
Intende prospere procede et regna.
Specie tua et pulcritudine tua.
Gloria patri et filio et spiritui sancto.
Specie tua et pulcritudine tua.
Adiuvabit eam deus vultu suo.
Deus in medio eius nõ cõmovebitur.
Domine exaudi orationem meam.
Adsit nobis quesumus do
mine virtus spiritus scĩ

que et corda nrã clementer expur-
get et ab omnibus tueatur ad
uersis. Per dominum.

Deus qui de beate marie
uirginis utero uerbum
tuum angelo annunciante car
nem suscipere uoluisti p̃sta supplicib;
tuis ut qui te uere eam dei genitri
cem credimus eius apud te interces
sionibus adiuuemur. Per domi
num nrm̃ ihesum xpistum filium
tuum qui tecum uiuit.

Ecclesiam tuam quesum᷒
domine benign᷒ illustra

ut beati iohannis apli tui et eu
uangeliste illuminata doctrinis
ad dona perueniat sempiterna.
Per dominum nostrum ihesum xpi
stum filium tuum qui tecum
Nonne sicut lac mulsisti me et sicut caseum me coagulasti: pelle et carnibus vestisti me. ossib; et nervis compegisti me. Vitam et miam tribuisti michi: et visitatio tua custodivit spiritum meum.

Heu michi domine quia peccavi nimis in vita mea quid faciam miser ubi fugiam nisi ad te deus meus. Dum veneris in novissimo die.

Anima mea turbata est valde sed tu domine succurre ei. Dum veneris.

In loco pascue.

Dominus regit me et ni-
chil michi deerit: in loco
pascue ibi me collocauit.
Super aquam refectionis edu-
cauit me: animam meam con-
uertit.
Deduxit me super semitas iu-
sticie: propter nomen suum.
Nam si ambulauero in me-
dio umbre mortis nõ
timebo mala quõ tu mecum es.
Virga tua et baculus tuus ipsa
me consolata sunt.
Parasti in conspectu tuo men-

sam: aduersus eos qui tribulāt
me.

Impinguasti in oleo caput me-
um: et calix meus inebrians quā
preclarus est.

Et mīa tua subsequatur me:
omnibus diebꝫ uite mee.

Et ut inhabitem in domo do-
mini: in longitudinem dierum.

Requiem eternam.

In loco pascue ibi me collocauit.

Delicta iuuentutis

Ad te domine leuaui ani-
mam meam: deus meus

in te confido non erubescam.
Neque irrideant me inimici mei: etenim universi qui sustinent te non confundentur.
Vias tuas domine demonstra michi: et semitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua et doce me quia tu es deus salvator meus et te sustinui tota die.
Reminiscere miserationum tuarum domine: et misericordiarum tuarum que a seculo sunt.
Delicta iuventutis mee: et ignorancias meas ne memineris.

Secundum mīam tuam me
mento mei tu: propter bonitatem
tuam domine.
Dulcis et rectus dominus
propter hoc legem dabit delinquen
tibus in via.
Diriget mansuetos in iudicio
docebit mites vias suas.
Universe vie domini mīa et
veritas requirentibꝫ testamentū
eius et testimonia eius.
Propter nomen tuum domi
ne propiciaberis peccato meo mul
tum est enim.

Quis est homo qui timet do
minum: legem statuit ei in via
quam elegit.
Anima eius in bonis demora
bitur: et semen eius hereditabit
terram.
Firmamentum est dominus
timentibus eum: et testamentū
ipsius ut manifestetur illis.
Oculi mei semper ad dominum
quoniam ipse evellet de laqueo pe
des meos.
Respice in me et miserere mei
quia unicus et pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei
multiplicate sunt: et de necessita
tibus meis eripe me.
Vide humilitatem meam et
laborem meum: et dimitte uni
uersa delicta mea.
Respice inimicos meos quo
niam multiplicati sunt: et odio
iniquo oderunt me.
Custodi animam meam et
eripe me: non erubescam quoniam
speraui in te.
Innocentes et recti adheserunt
michi: quia sustinui te.

Libera deus israel: ex omnibus tribulationibus suis.

Requiem eternam.

Delicta iuventutis mee et ignorantias meas ne memineris domine.

Credo.

Dominus illuminatio mea: et salus mea quem timebo.

Dominus protector vite mee: a quo trepidabo.

Dum appropiant super me nocentes: ut edant carnes meas:

Qui tribulant me inimici mei

ipsi infirmati sunt et ceciderunt.
Si consistant adversum me
castra: non timebit cor meum.
Si exurgant adversum me
prelium: in hoc ego sperabo
Unam petii a domino hanc
requiram ut inhabitem in domo
domini omnibus diebus vite mee.
Ut videam voluntatem domi-
ni: et visitem templum eius.
Quoniam abscondit me in ta-
bernaculo suo in die malorum
protexit me in abscondito taber-
naculi sui.

In petra exaltauit me et nūc
exaltauit caput meum super ini
micos meos.
Circuiui et immolaui in taber
naculo eius hostiam uociferationis
cantabo et psalmum dicam do
mino.
Exaudi domine uocem meā
qua clamaui ad te: miserere mei
et exaudi me.
Tibi dixit cor meum exqui
siuit te facies mea: faciem tuam do
mine requiram.
Ne auertas faciem tuam a me

ne declines in ira a servo tuo.

Adiutor meus esto ne derelin
quas me: neq[ue] despicias me deus
salutaris meus.

Quoniam pater meus et m[ate]r
mea dereliquerunt me: dominus
autem assumpsit me.

Legem pone michi domine
in via tua: et dirige me in semita
recta propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas
tribulantium me quoniam in
surrexerunt in me testes iniqui et
mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona domini. in terra viventium.

Expecta dominum viriliter age confortetur cor tuum: et sustine dominum.

Requiem eternam.

Credo videre bona domini: in terra viventium.

In memoria eterna erunt iusti.

Ab auditione mala non timebunt

Pater nr̄ qui es in celis.

Et ne nos inducas in temptac̄.

Quantas habeo iniquitates et peccata scelera.

mea atq3 delicta

mea atqz delicta ostende michi.
Cur faciem tuam abscondis et
arbitraris me inimicum tuum.
Contra folium quod rapitur uen-
to ostendis potentiam tuam et
stipulam siccam persequeris.
Scribis enim contra amaritudi-
nes et consumere me peccatis ado-
lescencie mee. posuisti in neruo
pedem meum et obseruasti omnes
semitas meas et uestigia pedum
meorum considerasti. Qui quasi
putredo consumendus sum. et
quasi uestimentum quod come-

ditur aranea.

Ne recorderis peccata mea domine dum
veneris iudicare seculum per ignem.

Amplius lava me domine ab iniusti
cia mea et a delicto meo munda me domine.

Homo natus de
muliere brevi vivens
tempore repletur multis miseriis.
Qui quasi flos egreditur et con
teritur et fugit velud umbra et
numquam in eodem statu permanet.
Et dignum ducis super huiusce
modi aperire oculos tuos et addu
cere eum tecum in iudicium. Quis

potest facere mundum de immundo conceptum semine. Nonne tu qui solus es: breues dies hominis sunt. Numerus mensium apud te est. Constituisti terminos eius qui preteriri non poterunt. Recede ergo paululum ab eo ut quiescat donec optata ueniat: et sicut mercenarij dies eius.

Domine quando ueneris iudicare terram ubi me abscondam a vultu ire tue. Quia peccaui nimis in vita mea.

Commissa mea pauesco et ante te erubesco dum ueneris iudicare noli me condemp

nare. Quia peccaui nimis in uita mea.

Quis michi hoc tribuat
ut in inferno protegas
me et abscondas donec pertranseat
furor tuus: et constituas michi
tempus in quo recorderis mei. Pu
tas ne mortuus homo rursum ui
uat. Cunctis diebus quibus
nunc milito expecto donec ueniat
immutacio mea. Vocabis et ego
respondebo tibi. operi manuum tua
rum porriges dexteram. Tu quidem
gressus meos dinumerasti: sed
parce peccatis meis.

Peccantem me cotidie et non repeniten
tem timor mortis conturbat me quia in inferno
nulla est redemptio miserere mei deus et sal
va me.
De profundis clamavi ad te domi
ne domine exaudi exaudi vocem meam. Ps.
Domine abstraxisti.
Exaltabo te domine quo
niam suscepisti me nec
delectasti omnes inimicos meos.
Domine deus meus clamavi
ad te et sanasti me.
Domine eduxisti ab inferno
animam meam: salvasti me a

descendentibus in lacum.
Psallite domino sancti eius
et confitemini memorie sanctifi
cationis eius.
Quoniam ira in indignatione
eius: et vita in voluntate eius.
Ad vesperum demorabitur fle
tus: et ad matutinum leticia.
Ego autem dixi in habun
dancia mea non movebor in eternum.
Domine in voluntate tua:
prestitisti decori meo virtutem.
Avertisti faciem tuam a me:
et factus sum conturbatus.

Ad te domine clamabo: et
ad deum meum deprecabor.
Que utilitas in sanguine me
o dum descendo in corruptionem.
Numquid confitebitur tibi
pulvis: aut annunciabit veri
tatem tuam.
Audivit et misertus ē mei:
dominus factus est adiutor meus.
Convertisti planctum me
um in gaudium michi: conscidi
sti saccum meum et circumdedisti
me leticia.
Ut cantet tibi gloria mea et

non confundar domine deus me
us in eternum confitebor tibi.
Requiem eternam.
Domine abstraxisti ab inferis animã
meam.
Complaceat.
Expectans expectaui do
minum: et intendit
michi.
Et exaudiuit preces meas de
lacu miserie et de luto fecis.
Et statuit supra petram pedes
meos: et direxit gressus meos.
Et immisit in os meum cant[i]

cum nouum carmen deo nostro.
Videbunt multi et timebunt:
et sperabunt in domino.
Beatus vir cuius est nomen
domini spes eius: et non respexit
in vanitates et insanias falsas.
Multa fecisti tu domine deus
meus mirabilia tua et cogitatio
nibus tuis non est qui similis
sit tibi.
Annunciaui et loqutus sum
multiplicati sunt super numerum.
Sacrificium et oblationem
noluisti: aures autem perfecisti

michi.

Holocaustum et pro peccato non postulasti: tunc dixi ecce venio.

In capite libri scriptum est de me ut facerem voluntatem deus meus volui et legem tuam in medio cordis mei.

Annunciavi iusticiam tuā in ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo domine tu scisti.

Iusticiam tuam non abscō di in corde meo: veritatem tuā et salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam

et veritatem tuam: a consilio multo.

Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me.

Quoniam circumdederunt mala quorum non est numerus comprehenderunt me iniquitates mee et non potui ut viderem.

Multiplicate sunt super capillos capitis mei: et cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi domine

ut eruas me domine ad adiuuandum me respice.

Confundantur et reuereantur simul qui querunt animam meã ut auferant eam.

Conuertantur retrorsum et reuereantur qui uolunt michi mala.

Ferant confestim confusionem suam: qui dicunt michi euge euge

Exultent et letentur super te omnes querentes te: et dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum.

Ego autem mendicus sum
et pauper. dominus sollicitus ē
mei.
Adiutor meus et protector
meus es tu: deus meus ne tarda
ueris:
Requiem eternam.
Complaceat tibi domine ut eruas me
domine ad adiuuandum me respice.
Sitiuit
Quemadmodum deside
rat ceruus ad fontes
aquarum ita desiderat anima me
a ad te deus.

Sitivit anima mea ad deum fontem vivum: quando veniã et apparebo ante faciem dei.
Fuerunt michi lacrime mee panes die ac nocte: dum dicitur michi cotidie ubi est deus tuus.
Hec recordatus sum et effudi in me animam meam: quoniã transibo in locum tabnaculi admirabilis usq; ad domum dei.
In voce exultationis et confessionis sonus epulantis.
Quare tristis es anima mea: et quare conturbas me.

Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus.

Ad meipm̄ anima mea conturbata est propterea memor ero tui: de terra iordanis et hermonijm a monte modico.

Abyssus abyssum invocat in voce cathractarum tuarum et voce tube tonec.

Omnia excelsa tua et fluctus tui: super me transierunt.

In die mandavit dominus m̄iam suam: et nocte canticū ei⁹

Apud me oratio deo uite mee:
dicam deo susceptor meus es.
Quare oblitus es mei et quare
tristis incedo: dum affligit me ini
micus.
Dum confringuntur ossa mea
exprobrauerunt michi qui tribulant
me inimici.
Dum dicunt michi per singu
los dies: ubi est deus tuus.
Quare tristis es anima mea:
et quare conturbas me.
Spera in deo quoniam adhuc
confitebor illi: salutare uultus

mei et deus meus:

mei et deus meus.
Requiem eternam.
Sitivit anima mea ad deum fon
tem vivum quando veniam et apparebo ante
faciem domini.
Audivi vocem de celo dicentem michi.
Beati mortui.
Spiritus meus attenua
bitur dies mei breviabu
ntur et solum michi superest super
est sepulchrum. Non peccavi et in
amaritudinibus moratur oculus
meus. Libera me domine et pone me
iuxta te et cuiusvis manus pugnet.

contra me. Dies mei transierunt:
cogitationes mee dissipate sunt tor-
quentes cor meum. Noctem verte-
runt in diem et rursum post tene-
bras spero lucem. Si sustinuero
infernus domus mea est: et in te-
nebris stravi lectulum meum:
putredini dixi pater meus es et so-
ror mea et mater mea vermibus.
Ubi est ergo nunc prestolacio mea
et pacientia mea tu es domine de-
us meus.

Memento mei deus quia ventus est
vita mea. Nec aspiciat me visus hominis.

Et non reuertetur oculus meus ut
uideat bona. Nec aspiciat me.

Pelli mee consumptis
carnibus adhesit os
meum et derelicta sunt tantum
modo labia mea circa dentes meos.
Miseremini mei miseremini mei
saltem uos amici mei: quia ma
nus domini tetigit me. Quare me
persequimini me sicut deus et car
nibus meis saturamini. Quis
michi h̄ tribuat ut scribantur sermones
mei. quis m̄ det ut exarentur in libro
stilo ferro et plumbi lamina ul' scelte scl'

tantur in silice. Scio enim quod
redemptor meus vivit et in novis
simo die de terra surrecturus sum
et rursum circumdabor pelle mea. et
in carne mea videbo deum salvato
rem meum: quem visurus sum
ego ipse et oculi mei conspecturi sunt
et non alius. Reposita est hec spes
mea in sinu meo.

Domine secundum actum meum
noli me condempnare nichil dignum in co
spectu tuo egi. Ideo deprecor maiestatem tuā
ut deleas iniquitatem meam.

Quoniam iniquitatem meam ego co

gnosco et peccatum meum contra me est semp
tibi soli peccaui. Ideo deprecor.

Quare de uulua eduxisti
me qua utinam con
sumptus essem ne oculus meus
uideret. Fuissem quasi non essem
de utero translatus ad tumulum.
Numquid non paucitas dierum
meorum finietur breui. Dimitte
ergo me domine ut plangam pau
lulum dolorem meum antequā
uadam et non reuertar ad terram
tenebrosam et opertam mortis ca
ligine. Terrā miserie et tenebraꝝ ubi

umbra mortis est et nullus ordo:
sed sempiternus horror inhabitans.

Libera me domine de morte eterna
in die illa tremenda. Quando
celi movendi sunt et terra.

Dies illa dies ire calamitatis et mise
rie dies magna et amara valde. Quando.

Tremens factus sum ego et timeo
dum discussio venerit atque ventura ira. Qn.

Tremebunt angeli et archangeli
impii autem ubi parebunt. Quando.

Vix iustus salvabitur et ego miser
ubi parebo. Quando celi.

Quid ergo miserrimus quid dicam

vel quid faciam dum nil boni perferam an
te tantum iudicem. Quando celi.

Vox de celis o vos mortui qui iacetis
in sepulcris surgite et accurrite ad iudicium
salvatoris. Quando celi.

Creator omnium rerum deus qui
me de limo terre formasti et mirabiliter
proprio sanguine redemisti corpus quod me
um licet modo putrescat de sepulcro facies
in die iudicii resuscitari exaudi exaudi
me ut animam meam in sinu abrahe
patriarche tui iubeas collocari.

Libera me domine.

Requiem eternam.

Miserere mei deus secun-
dum magnā mīām tuā.
Et secundum multitudinem
miserationum tuarum: dele ini-
quitatem meam.
Amplius laua me domine
ab iniquitate mea: et a peccato meo
munda me.
Quoniam iniquitatem me-
am ego cognosco: et peccatum me-
um contra me est semper.
Tibi soli peccaui et malum
coram te feci: ut iustificeris in sermo-
nibꝫ tuis et uincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis meis concepit me mater mea.

Ecce enim ueritatem dilexisti incerta et occulta sapiencie tue manifestasti michi.

Asperges me domine ysopo et mundabor lauabis me et super niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudiū et leticiam: et exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates me

as dele.

Cor mundum crea in me de-
us: et spiritum rectum innoua
in visceribz meis.

Ne proicias me a facie tua et
spiritum sanctum tuum ne auferas
a me.

Redde michi leticiam saluta-
ris tui: et spiritu principali confir-
ma me.

Docebo iniquos vias tuas: et
impii ad te conuertentur.

Libera me de sanguinibus
deus deus salutis mee: et exultabit

lingua mea iusticiam tuam.
Domine labia mea aperies:
et os meum annunciabit lau
dem tuam.
Quoniam si voluisses sacrifi
cium dedissem utiqz holocaustis nō
delectaberis.
Sacrificium deo spiritus cō
tribulatus cor contritum et hu
miliatum deus non despicies.
Benigne fac domine in bona
voluntate tua syon: ut edificentur
muri ihrlm
Tunc acceptabis sacrificiū

iusticie oblationes et holocausta
tunc imponent super altare tuum
vitulos.

Requiem eternam.

R. Equiem eternam dona eis domine et
lux perpetua luceat eis.

Exaudi.

Te decet hymnus deus in
syon: et tibi reddetur vo
tum in iherusalem.

Exaudi nos deus orationem
meam: ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum prevalue
runt super nos: et impietatibus

nr̃is tu propiciaberis.
Beatus quem elegisti et assump
sisti: inhabitabit in atriis tuis.
Replebimur in bonis domus
tue: sanctum est templum tuum
mirabile in equitate.
Exaudi nos deus salutaris nr̃
spes omnium finium terre et in
mari longe.
Preparans montes in virtute
accinctus potencia qui contur
bas profundum maris sonum fluc
tuum eius.
Turbabuntur gentes et time

bunt qui habitant terminos a si-
gnis tuis exitus matutini et ve-
spere delectabis.
Visitasti terram et inebriasti
eam: multiplicasti locupletare
eam.
Flumen dei repletum est aquis:
parasti cibum illorum quoniam
ita est preparatio eius.
Rivos eius inebrians multi-
plica genimina eius in stillicidijs
eius letabitur germinans.
Benedices corone anni benigni-
tatis tue: et campi tui replebun-

tur ubertate.

Pinguescent speciosa deserti et
exultatione colles accingentur.
Induti sunt arietes ovium
et valles habundabunt frumento
clamabunt etenim hymnum
dicent.

Requiem eternam.

Exaudi deus orationem meam ad
te omnis caro veniet.

Me suscepit.

Deus deus meus ad te de
luce vigilo.

Sitivit in te anima mea quam

multiplicater tibi caro mea.

In terra deserta inuia et inaquo
sa sic in sancto apparui tibi ut uider̄
uirtutem tuam et gloriam tu
am.

Quoniam melior est mīa tua
super uitas labia mea laudabunt
te.

Sic benedicam te in uita mea
et in nomine tuo: leuabo manus
meas.

Sicut adipe et pinguedine reple
atur anima mea: et labiis exulta
tionis laudabit os meum.

Sic memor fui tui super stra
tum meum: et in matutinis me
ditabor in te quia fuisti adiutor
meus.
Et in velamento alarum
tuarum exultabo adhesit anima
mea post te me suscepit dextera
tua.
Ipsi vero in vanum quesierūt
animam meam introibunt in in
feriora terre tradentur in manus
gladii partes vulpium erunt.
Rex vero letabitur in deo lau
dabuntur in te omnes qui iurant

in eo quia obstructum est os loquē
tium iniqua.

Deus misereatur nr̄i et
bn̄dicat nobis illumi
net vultum suum super nos et
misereatur nr̄i.

Ut cognoscamus in terra viā
tuam: in omnibus gentib; salu
tare tuum.

Confiteantur tibi populi deus
confiteantur tibi populi omnes.

Letentur et exultent gentes
quoniam iudicas populos in e
quitate et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes terra dedit fructum suum.

Benedicat nos deus deus nr̄. benedicat nos deus et metuant eū omnes fines terre.

Requiem eternam.

Me suscepit dextera tua domine.

A porta inferi.

Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi.

Quesivi residuum annorum meorum: dum non videbo dūm

in terra uiuentium.
Non aspiciam hominem ul
tra: et inhabitatorem quietis.
Generatio mea ablata est et
conuoluta est a me: quasi taberna
culum pastorum.
Precisa est uelud a texente ui
ta mea dum adhuc ordirer suc
cidit me de mane usqꝫ ad uesperam
finies me.
Sperabam usqꝫ ad mane: q̃i
leo sic contriuit omnia ossa mea.
De mane usqꝫ ad uesperam
finies me sicut pullus hyrundinis

sic clamabo meditabor ut columba.
Attenuati sunt oculi mei: su
spicientes in excelso.
Domine vim patior: responde
pro me quid dicam aut quid re
spondebit michi cum ipse fecerim.
Recogitabo tibi omnes annos
meos: in amaritudine anime
mee.
Domine si sic vivitur et in
talibus vita spiritus mei corripies
me et vivificabis me ecce in pace
amaritudo mea amarissima.
Tu autem eruisti animam

meam ut non periret proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi: neque mors laudabit te non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam.

Vivens vivens ipse confitebitur tibi: sicut et ego hodie pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Domine salvum me fac et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vite nostre in domo domini.

Requiem eternam.

A porta inferi erue domine animas eorum.

Omnis spiritus.

Laudate dominum de ce-
lis: laudate eum in ex-
celsis.

Laudate eum omnes angeli
eius: laudate eum omnes virtutes
eius.

Laudate eum sol et luna: lau-
date eum omnes stelle et lumen.

Laudate eum celi celorum et a-
que que super celos sunt laudent
nomen domini.

Quia ipse dixit et facta sunt:
ipse mandavit et creata sunt.

Statuit ea in eternum in se
culum seculi: preceptum posuit
et non preteribit.
Laudate dominum de terra
dracones: et omnes abyssi.
Ignis grando nix glacies spi
ritus procellarum: que faciunt
verbum eius.
Montes et omnes colles ligna
fructifera: et omnes cedri.
Bestie et universa pecora ser
pentes: et volucres pennate.
Reges terre et omnes populi
principes: et omnes iudices terre.

Iuuenes et uirgines senes
cum iunioribus laudent nomen
domini: quia exaltatum est no
men eius solius.
Confessio eius super celum
et terram: et exaltauit cornu popu
li sui.
Hymnus omnibus sanctis
eius: filiis israel populo apropi
quanti sibi.
Cantate domino canticum
nouum: laus eius in
ecclia sanctorum.
Letetur israel in eo qui fecit

eum: et filie syon exultent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro et tympano: et psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est domino in populo suo: et exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: et letabuntur in cubilibus suis.

Exultationes dei in gutture eorum: et gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in

in nasionibus increpationes ī
populis.
Ad alligandos reges eorum:
in compedibus et nobiles eorum
in manicis ferreis.
Ut faciant in eis iudicium
conscriptum: gloria hec est omī
bus sanctis eius.
Laudate dominum in sāc
tis eius: laudate eum in fir
mamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus
eius: laudate eum secundum ml̄
titudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tube:
laudate eum in psalterio & cythara.
Laudate eum in tympano
et choro: laudate eum in cordis
et organo.
Laudate eum in cymbalis
benesonantibus: laudate eum
in cymbalis iubilationis omnis
spiritus laudet dominum.
Requiem eternam.
Omnis spiritus laudet dominum
Credo.
Benedictus dominus deus
Israel quia visitavit

et fecit redemptionem plebis sue.
Erexit cornu salutis nobis:
in domo david pueri sui.
Sicut locutus est per os sanc
torum: qui a seculo sunt prophe
tarum eius.
Salutem ex inimicis nr̄is:
et de manu omnium qui oderūt
nos.
Ad faciendam miam cum
patribus nr̄is: et memorari testa
menti sui sancti.
Iusiurandum quod iuravit
ad abraham patrem nr̄m: datu

se nobis.

Ut sine timore de manu om-
nium inimicorum nr̃orum libe-
rati seruiamus illi.

In sanctitate et iusticia corã
ipo: omnibus diebus nr̃is.

Et tu puer propheta altissimi
uocaberis: preibis enim ante faciem
domini parare uias eius.

Ad dandam scienciam salutis
plebi eius: in remissionem pecca-
torum eorum.

Per uiscera mĩe dei nr̃i: in qui-
bus uisitauit nos oriens ex alto.

Illuminare hys qui in tene-
bris et in umbra mortis sedent
ad dirigendos pedes nr̃os in viam
pacis.
Requiem eternam.
Credo domine deus meus ihū xpiste
carnis resurrectionem vitam eternam sed tan-
tum deprecor tuam clementiam ut non in-
ter edos sed inter agnos consortiū merear.
Pater nr̃ qui es.
Et ne nos inducas.
In memoria eterna erunt
iusti.
Ab auditione mala non

timebunt.

A porta inferi.
Erue domine animas eorum.
Credo uidere bona domini.
In terra uiuentium.
De profundis clamaui.
Domine exaudi orationem.

Absolue domine animas
famulorum famula
rumque tuarum. N. ab omni uin
culo delictorum ut in resurrectionis
gloriam inter sanctos et electos tu
os resuscitati respirent. per domi
num nostrum ihesum christum filium.

Domine labia me
a aperies.
Et os meum
annunciabit laudem tuam.

Deus in adiutoriũ me
um intende.
Domine ad adiuuandum
me festina.
Gloria patri et filio et spiri
tui sancto.
Sicut erat in principio et
nunc et semper et in secula se
culorum amen.
Regem xp̄m crucifixum dnm̄
Venite adoremus.
Venite exultemus dn̄o
Iubilemus deo salu
tari nostro preoccupemus faciem

eius in confessione et in psalmis iubilemus ei.

Regem xpm̄ crucifixū dnm̄ veni te adoremus.

Quoniam deus magnus dn̄s et rex magnus sup omnes deos quoniam non repellet dominus plebem suam quia in manu eius sunt omnes fines terre et altitudines montium ipse conspicit.

Regem xpm̄ crucifixum dnm̄ venite adoremus.

Quoniam ipsius est mare

et ipse fecit illud et aridam fun
uerunt manus eius uenite ado
remus et procidamus ante deum
ploremus coram domino qui
fecit nos quia ipse est dominus
deus noster nos autem populus
eius et oues pascue eius.

Regem xpistum crucifixū dnm̄
uenite adoremus.

Hodie si uocem eius audieri
tis nolite obdurare corda urā
sicut in exacerbatione secundum
diem temptationis in deserto
ubi temptauerunt me patres

uestri probauerunt et uiderunt
opera mea.
Regem xpm̄ crucifixum dnm̄
venite adoremus.
Quadraginta annis proxi
mus fui generationi huic et
dixi semper hy errant corde ipsi
uero non cognouerunt uias
meas quibus iuraui in ira me
a si introibunt in requiem
meam.
Regem xpistum crucifixū dnm̄ venite
adoremus.
Gloria patri et filio: et spiri

tui sancto.
Sicut erat in principio et nūc
et semper. et in secula seculorum
amen. Venite adoremus.
Regem xp̄m crucifixum dominū
venite adoremus.
In passione domini qua
datur salus homini assit
nostrum refugium et
cordis desiderium.
Recolamus in memoria pe
nas atq; obprobria xpisti coro
nam spineam crucem cla
vos et lanceam.

Et plagas sacratissimas
omni laude dignissimas acetum
fel amaritudinem et mortis
amaritudinem.
Hec omnia nos faciant et
dulciter inebrient nos repleant
virtutibus et gloriosis fructibus.
Te crucifixum colimus et
toto corde petimus ut nos sancto
rum cetibus coniungas in cele
stibus.
Laus honor christo vendito et
sine causa prodito passo mor
tem pro populo in aspero pati

tribulo amen.

Ab insurgentibus.

Eripe me de inimicis me-
is deus meus: et ab insur-
gentibus in me libera me.

Eripe me de operantibus ini-
quitatem: et de viris sanguinum
salua me.

Quia ecce ceperunt animam
meam: irruerunt in me fortes.

Neque iniquitas mea neque
peccatum meum domine: sine
iniquitate mea cucurri et dire-
xi.

Exurge in occursum meum
et vide: et tu domine deus vir
tutum deus israel.
Intende ad visitandas om
nes gentes: non miserearis oī
bus qui operantur iniquitatem.
Convertantur ad vesperam
et famem pacientur ut canes:
et circuibunt civitatem.
Ecce loquentur in ore suo:
et gladius in labiis eorum: quo
niam quis audivit.
Fortitudinem meam ad te
custodiam: quia deus susceptor

meus es deus meus misericor-
dia eius preveniet me.
Deus ostendit michi super
inimicos meos ne occidas eos
nequando obliviscantur popu-
li mei.
Disperde illos in virtute
tua: et depone eos protector meus
domine.
Delictum oris eorum sermo-
nem labiorum ipsorum: et com-
prehendantur in superbia sua.
Et de execratione et mendacio
annunciabuntur in cōsumatōe.

ĩ ira consũmationis et non erunt.
Et scient quia deus domina
bitur iacob: et finium terre.
Conuertentur ad vesperam
et famem patientur ut canes
et circuibunt ciuitatem.
Ipsi dispergentur ad man
ducandum: si vero non fuerint
saturati et murmurabunt.
Ego cantabo autem fortitu
dinem tuam: et exaltabo.
mane m̄iam tuam.
Quia factus es susceptor
meus: et refugium meum in

in die tribulationis mee.

Adiutor meus tibi psallam quia deus susceptor meus es deus. meus mia mea.

Ab insurgentibus in me libera me. domine quia occupauerunt animam meam.

Traditus.

Domine deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te.

Intret in conspectu oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta e in malis aia

mea: et uita mea in inferno ap
pinquauit.
Estimatus sum cum descen
dentibus in lacum: factus sum
sicut homo sine adiutorio inter
mortuos liber.
Sicut uulnerati dormientes
in sepulchris quorum non est
memor amplius et ipsi de ma
nu tua repulsi sunt.
Posuerunt me in lacu infe
riori: in tenebris et in umbra
mortis.
Super me confirmatus est

furor tuus domine: et omnes fluc
tus induxisti super me.
Longe fecisti notos meos
a me: posuerunt me abhomi
nationem sibi.
Traditus sum et non egre
diebar: oculi mei languerunt
pre inopia.
Clamaui ad te domine: to
ta die expandi ad te manus me
as.
Numquid mortuis facies
mirabilia: aut medici suscita
bunt et confitebuntur tibi.

Nunquid narrabit aliquis
in sepulchro miām tuam: aut
aut ūitatem tuam in pditionē.
Nunquid cognoscentur in te
nebris mirabilia tua: et iusti
cia tua in terra obliuionis.
Et ego ad te dñe clamaui:
et mane oratio mea preueniet
te.
Ut quid domine repellis ora
tionem meam: auertis faciē
tuam a me.
Pauper sum ego: et in laborī
bus a iuuentute mea: exaltatus

autem humiliatus sum et ꝯ-
turbatus.

In me transierunt ire tue et
terrores tui conturbaverunt me.

Circumdederũt me sicut aq̃:
tota die circumdederũt me simul.

Elongasti a me amicũ et
proximum: et notos meos a
miseria.

Traditus sum et non egrediebar
oculi mei languerunt pre inopia.

Captabunt.

Deus ultionum dñs:
deus ultionum libere

egit

Exaltare qui iudicas terram redde retributionem superbis.

Usq; quo peccatores domine: usq; quo peccatores gloriabuntur.

Effabuntur et loquentur iniquitatem: loquentur omnes qui operantur iniusticiam.

Populum tuum domine: humiliaverunt: et hereditatem tuam vexaverunt.

Viduam et advenam interfecerunt: et pupillos occiderunt.

Et dixerunt non videbit dominus: nec intelliget deus iacob.

Intelligite insipientes in populo: et stulti aliquando sapite.

Qui plantavit aurem non audiet: aut qui finxit oculum non considerat.

Qui corripit gentes non arguet: qui docet hominem scientiam.

Quis scit dn̄s cogitationes hominum: quoniam vane sūt

Beatus homo quem tu eru
dieris domine: et de lege tua docue
ris eum.
Ut mitiges ei a diebus ma
lis: donec fodiatur peccatori
fouea.
Quia non repellet dns ple
bem suam: et hereditatem suam
non derelinquet.
Quo ad usque iusticia conuer
tatur in iudicium et qui iuxta
illam omnes qui recto sunt
corde.
Quis consurget michi ad

uersus malignantes: aut quis
stabit mecum aduersus opera
tes iniquitatem.
Nisi quia dominus adiuuit
me: paulominus habitasset
in inferno anima mea.
Si dicebam motus est pes
meus: mia tua domine adiuua
bit me.
Secundum multitudinem
dolorum meorum in corde meo
consolationes tue letificauerunt
animam meam.
Numquid adheret tibi sedes ini

quitatis: qui fingis laborem
in precepto.
Captabunt in animam iusti
et sanguinem innocentem con
dempnabunt.
Et factus est michi dominus in re
fugium: et deus meus in adiuto
rium spei mee.
Et reddet illis iniquitatem
ipsorum: et in malicia eorum disp
det illos dominus deus noster.
Captabunt in animam iusti et
sanguinem innocentem condempna
bunt.

Reliqui domum meam dimisi he
reditatem meam.
Dedi dilectam animam meam
in manibus inimicorum meorum.
Pater noster qui es in celis.
Iube domine benedicere.
Per suam sanctam passionem
det nobis xpus gratiam et benedic
tionem. Amen.
Non est ei species neque de
cor. Et vidimus eum
et non erat aspectus et desidera
vimus despectum et novissimum
virorum virum dolorum et scientem

infirmitatem et quasi abscon
ditus vultus eius et despectus:
unde nec reputavimus eum
Vere langores nostros ipse per
tulit et dolores nostros ipse porta
vit. Et nos reputavimus eum
quasi leprosum et percussum
a deo et humiliatum. Ipse autem
vulneratus est propter iniqui
tates nostras: et afflictus propter
scelera nostra. Disciplina pacis
nostre super eum et livore sanati su
mus. Omnes nos quasi oves
erravimus: unusquisque in viam

suam declinauit et posuit dominus
in eo iniquitatem omnium nostrum.
Oblatus est quia ipse voluit et non
aperuit os suum. Sicut ovis
ad occisionem ducetur et quasi
agnus coram tondente se obmu
tescet: et non aperuit os suum
de angustia et de iudicio subla
tus est. Generationem eius quis
enarrabit qui abscisus est de
terra viventium.

Tu autem domine: misere
re nostri.

Deo gratias.

O vos omnes qui transitis per viam attendite et videte. Si est dolor similis sicut dolor meus. Attendite et videte universi populi dolorem meum. Si est dolor similis sicut dolor meus.

Iube domne benedicere.

Ihesus affixus cruci liberet nos a morte peccati. Amen.

In illo tempore: orante ihu in orto: ecce iudas unus de duodecim et cum eo turba multa cum gladiis et fustib; et laternis: ut comprehenderent

ihesum. Qui autem tradidit eum
dedit eis signum dicens. Quem
cumque osculatus fuero: ipse est
tenete eum. Et confestim proce-
dens osculatus est eum dicens
Aue. Rabbi. Tunc accesserunt
ministri et miserunt manus
in ihesum et tenuerunt eum. Et
discipuli eius fugerunt illo re-
licto. At illi ligantes ihesum duxe-
runt eum ad caypham princi-
pem sacerdotum: ubi scribe et pha-
pharisei conuenerant. Et tunc
uelantes eum expugebant in fa-

faciem eius et colaphis eum
ceciderunt. Alii autem palmas.
in faciem ei dabant dicentes
prophetiza nobis: quis te per
cussit. Mane autem facto consi
lium inierunt principes sacerdo
tum et seniores populi contra
eum ut eum morti traderent.
Et vinctum adduxerunt eum
pontio pylato presidi.
Tu autem domine miserere
nostri.
Deo gratias.
Tamquam ad latronem existis

cum gladiis et fustibus comprehen
dere me. Quotidie apud vos eram
docens in templo et non me tenui
stis. et ecce flagellatum ducitis ad
crucifigendum.

Cumque iniecissent manus in
iesum et tenuissent eum dixit ad
eos. Quotidie apud vos eram do
cens in templo et non me tenuistis
et ecce flagellatum ducitis ad cruci
figendum.

Iube dompne benedicere.

Gloria passio ihesu xpi perdu
cat nos ad gaudia paradisi. Amen.

Milites vero presidis su
scipientes ihm̄ in pre
torio. congregauerunt ad eum
uniuersam cohortem. Et exuen
tes eum circumdederunt ei clamidē
coccineam et plectentes coronam
de spinis posuerunt super ca
put eius. et arundinem in
dextera eius: et genu flexo illude
bant dicentes. Aue rex iudeorum.
Et surgentes percuciebant arun
dine caput eius et expuebant
in faciem eius. postquam autem
flagellauerunt eum lora ter

cia accusauerunt eum dicentes
Reus est mortis. Et clamauerunt
dicentes. Crucifigatur. Dum
autem crucifixerunt eum hora
sexta dabant ei bibere acetum
cum felle mixtum. Jhesus autẽ
orabat. pater ignosce illis. Non
enim sciunt quid faciunt. Et
clamauit dicens. Deus ut quid
me dereliquisti. Et dixit. pater
in manus tuas commendo
spiritum meum. Circa horam
nonam clamauit voce ma-
gna dicens. Consummatum

est. Et inclinato capite. emisit
spiritum.
Tu autem domine miserere
re nostri.
Deo gratias.
Tenebre facte sunt dum cruci
fixissent ihesum iudei velum tem
pli scissum est. Et omnis terra tre
muit latro de cruce clamabat di
cens memento mei domine dum vene
ris in regnum tuum.
Petre scisse sunt et monumen
ta aperta sunt et multa corpora qui
dormiebant surrexerunt. Et omnis

terra tremuit latro de cruce clamabat
dicens memento mei domine dum
veneris in regnum tuum.
Gloria patri et filio: et spiritui
sancto. Et omnis terra tremuit la
tro de cruce clamabat. dicens.
memento mei domine dum veneris.
in regnum tuum.
Te xpistum laudamus: te
iesum benedicimus.
Te regem regum: te dominum con
fitemur.
Te crucifixum: colimus.
dulcem et admirabilem glorio

sum.

suum redemptorem.

Qui nos aspersione tui sanguinis abluisti.

Dignus es domine: deus iste noster:

Accipere laudem benedictionem: gloriam et honorem.

Exultet tibi omnis caro: et omnis uiuens glorificet nomen tuum.

Humilietur omnis facies: sub pedibus tuis.

Omnis creatura: iubilet tibi et seruiat. laudet et extollat

et bñdicat ⁊ glorificet in eternum.

Adoramus te domine ihũ xpe̱ et bene

dicimus tibi.

Qui per sanctam crucem et pas

sionem tuam redemisti mun

dum.

Deus in adiutori
ū meū intende.
Domine ad
adiuuandum me festina.

Gloria patri et filio: et spi
ritui sancto.
Sicut erat in principio et
nunc et semper: et in secula
seculorum amen.
Contristatus sum.
Exaudi deus orationem
meam: et ne despexeris
deprecationem meam: inten
de michi et exaudi me.
Contristatus sum in exer
citatione mea et conturbatus
sum a voce inimici et a tribu
latione peccatoris.

Quoniam declinauerunt me
iniquitates: et in ira molesti
erant michi.
Cor meum conturbatum est
in me: et formido mortis cecidit
super me.
Timor et tremor venerunt
super me: et contexerunt me te
nebre.
Et dixi quis dabit michi pen
nas: et volabo et requiescam.
Ecce elongaui fugiens: et
mansi in solitudine.
Expectabam eum qui sal

uum me fecit: a pusillanimi
tate spiritus et tempestate.
Precipita domine et divide
linguas eorum: quoniam
vidi iniquitatem et contra
dictionem in civitate.
Die ac nocte circumdabit eã
et super muros eius iniquitas
et labor in medio eius et iniu
sticia.
Et non defficit de plateis
eius usura et dolus.
Quoniam si inimicus me
us maledixisset michi: sustinu

ussem utiqz.

Et si is qui oderat me super
me magna loquutus fuisset
abscondissem me forsitan ab
eo.

Tu vero homo unanimis
dux meus et notus meus.

Qui simul mecum dulces
capiebas cibos in domo dei am
bulauimus cum consensu.

Veniat mors super illos: et
descendant in infernum uiuen
tes.

Quoniam nequitie in ha

bitaculis eorum: in medio eorum
Ego autem ad dominum
clamaui: et dominus saluauit me.
Vespere et mane et meridie
narrabo et annunciabo et exau
diet vocem meam.
Redimet in pace animam
meam ab hijs qui apropin
quant michi quoniam inter
multos erant mecum.
Exaudiet deus et humilia
bit illos qui est ante secula.
Non enim est illis commuta
tio et non timuerunt deum.

extendit manum suam in retri
buendo.
Contaminauerunt testa
mentum eius diuisi sunt ab
ira uultus eius: et appropin
quauit cor eius.
Molliti sunt sermones eius
super oleum: et ipsi sunt iacula.
Iacta super dominum curam tuam
et ipse te enutriet et non dabit
in eternum fluctuationem iu
sto.
Tu uero deus deduces eos in
puteum interitus.

Viri sanguinum et dolosi
non dimidiabunt dies suos:
ego autem sperabo in te domi
ne.
Contristatus sum in exercita
tione mea et conturbatus sum a voce
inimici et a tribulatione pecca
catoris.
Recogitate eum qui talem
a peccatoribus adversus
semet ipsum contradictionem
sustinuit ut non fatigemini
deficientes animis vestris.
Deo gratias.

Ipsum ducem qui p cru
cem redemit nos ab
hostibus laudet cetus noster
letus exultet celum laudibus
Pena fortis tue mortis et
sanguinis effusio: corda terrãt
ut te querant ihesu nostra redemp
cio.
Per felices cicatrices sputa
flagella verbera nobis grata
sunt collata eterna xpisti mu
nera.
Nostrum tangat cor ut
plãgat tuorum sanguis.

uulnerum: in quo toti sumus.
Con conditor alme syderum.
Passionis tue domine salua-
tor nos membra qua fidelis
dare uelis beata nobis gaudia.
Laus honor xpo uendito et
sine causa prodito passo morte
pro populo in aspero patibu-
lo. Amen.
Dedit percucienti se maxillam.
Saturabitur obprobriis.
Proprio filio suo.
Benedictus dominus deus
israel: quia uisitauit

et fecit redemptionem plebis
sue.
Et erexit cornu salutis no
bis: in domo david pueri sui.
Sicut locutus est per os sancto
rum: qui a seculo sunt prophe
tarum eius.
Salutem ex inimicis nostris
et de manu omnium qui ode
runt nos.
Ad faciendam misericordiam cum
patribus nostris: et memorari testa
menti sui sancti.
Iusiurandum quod iura

iurit ad abraham patrem no
strum daturum se nobis.
Ut sine timore de manu ini
micorum nostrorum liberati
serviamus illi.
In sanctitate et iusticia co
ram ipso: omnibus diebꝫ
nostris.
Et tu propheta puer altis
simi vocaberis: preibis enim
ante faciem domini parare
vias eius.
Ad dandam scienciā salu
tis plebi eius: in remissionem

peccatorum eorum.
Per viscera misericordie
dei nostri: in quibus visitavit
nos oriens ex alto.
Illuminare hiis qui in te
nebris et in umbra mortis
sedent: ad dirigendos pedes no
stros in viam pacis.
Proprio filio suo non pepercit
sed pro nobis omnibus tradidit
illum.
Domine exaudi orationem
meam.
Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Domine ihesu xpe qui ho
ra matutinali pro
salute humana tradi capi liti
gari alapis cedi et conspui
voluisti fac nos quesumus
suscipere. et sic huius tue san
tissime passionis memoriam
continuam recordari: ut ad tue
resurrectionis consortium mere
amur feliciter pervenire. Qui
vivis et regnas et cetera.

Deus in adiutoriũ
meum intende.
Domine ad ad
iuuandum me festina.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum. Amen.

Tu velatus facie fuisti sol iusticie flens illusus genibus celitus quoque verberibus.

Te petimus attencius ut sit nobis propicius et per tuam clemenciam perducas nos ad gloriam.

Laus honor xpo vendito

et sine causa prodito passo mor
tem pro populo in aspero pati
bulo. Amen.

Astiterunt.

Quare fremuerunt gen
tes: et populi medita
ti sunt inania.

Astiterunt reges terre: et prin
cipes convenerunt: in unum
unum: adversus dominum
et adversus xpm eius.

Dirumpamus vincula
eorum: et proiciamus a nobis
iugum ipsorum.

Qui habitat in celis irride
bit eos: et dominus subsanna
bit eos.
Tunc loquetur ad eos in
ira sua: et in furore suo contur
babit eos.
Ego autem constitutus
sum rex ab eo super syon mon
tem sanctum eius: predicans
preceptum eius.
Dominus dixit ad me fi
lius meus es tu: ego hodie ge
nui te.
Postula a me et dabo tibi

gentes: hereditatem tuam:
et possessionem tuam: ter
minos terre.
Reges eos in uirga ferrea:
et tanquam uas figuli confrin
ges eos.
Et nunc reges intelligite:
erudimini qui iudicatis ter
ram.
Seruite domino in timo
re: et exultate ei cum tremore.
Apprehendite disciplinam:
nequando irascatur dominus
et pereatis de uia iusta.

Cum exarserit in breui ira
eius: beati omnes qui confi
dunt in eo.
Astiterunt reges terre et princi
pes conuenerunt in unum aduer
sus dominum et aduersus xpm eius.
Communicantes
xpi passionibus gaude
te: ut in reuelatione glorie gau
deatis exultantes.
Deo gratias.
Spiritus oris nostri. xpistus.
dns.
Captus est pro peccatis nris.

Xpistus deus.

Gloria patri et filio et spiritui sc̄o.

Spiritus oris nr̄i.

Preposito sibi gaudio sustinuit crucem.

Cum confusione contempta.

Domine exaudi orationem meā

Et clamor ad te veniat.

Oremus.

Domine ihū xp̄e qui hora diei prima pylato presidi presentatus inde iudiciū diversimum pertulisti tibi humiliter supplicamus ut nob

miseris subuenias iudican
do ne in extremo iudicio dam
pnemur supplicio sed cum tuis
in celestibus mereamur fide
libus sociari. Qui viuis et re
gnas et cetera.

Benedicamus domino.

Deo gratias.

Deus in adiutorium
meum intende.
Domine ad ad
